

oblonga, interdum basi subcordata, apice acutiuscula vel acuta, subtus glaucescentia; majora  $\frac{1}{4}$  poll. longa, 7 lin. lata; alia minora. Calyx glaberrimus: lobis reflexis integerrimis, 4 v. 5 lin. longis, 3 lin. circ. latis. Corolla coerulescens, calyce duplo longior (interdum calycem vix excedens), apice quinquefida; lobis acutis. Stamina 5. Filamenta filiformia, ima dilatata basi adnata, anthera cordato-lanceolata fere duplo breviora. Stylus brevis, glaber, stigmate magno trifido terminatus. Capsula ovata, acuta, apice valvis tribus dehiscens.

Hab. in. montibus Alatau et Dschillkara-gai, Junio m. florens.

### SYNANTHERAE.<sup>4)</sup>

#### BARKHAUSIA FLEXUOSA DC.

*B. LYRATA* SCHRENK foliis radicalibus lyrato-pinnatifidis: lobis lateralibus ovatis angulatis, terminali trilobo.

Differt a vera *B. flexuosa* foliis radicalibus plerumque profunde divisis, lyratis (in illa runcinato-dentatis), lobis lateralibus brevibus latis angulatis (in illa angustis dentiformibus), lobo terminali apice

<sup>4)</sup> SCORZONERA MACROPHYLLA FISCH., MEY. S. (*Lasiospora*) radice subsufsiformi; caule erecto ramoso ad collum

trilobo.— Species forsan distincta, sed characteribus certis aegre definienda.

Versus lacum Balchasch d. 13 Julii m.  
lecta.

**COUSINIA ALATA SCHRENK.**

C. (§ 2) tota arachnoidea; foliis caulinis ala lata spinoso-dentata decurrentibus profunde pinnatifidis spinosis; calathidiis (20–28-floris) aggregatis ovatis arachnoideis: squamis subulatis (haud elonga-

haud lanato; foliis lato-lanceolatis caudato-acuminatis apice recurvatis 5-7-nerviis subtus lanatis; periclinii flosculis brevioris squamis caudato-acuminatis lanatis.

Proxime certe accedit ad *S. ensifoliam*, sed caulis ad collum squamis scariosis laceris stupposus (non lana densissima longissima involutus), cum radice continuus (non, ut in *S. ensifolia*, cum radice quasi articulatus et ab illa facile secedens). Folia longa, multo latiora quam in *S. ensif.*, pedalia, semipollucem lata vel. etiam latiora, subtus (pro more *S. lanatae*) lanugine longissima alba tandem decidua dense obtecta (quod non in illa), nervis crassis subtus prominentibus notata. Calathidia atque achaenia *S. ensifoliae*. A *S. latifolia* (cujus synonymon est *S. nervosa Trev.*) facillime distinguitur foliis elongatis, longissime caudato-acuminatis et una cum periclinii squamis subtus lanugine longissima tectis (in illa undique pube brevi canis) aliisque notis. — Hab. locis arenosis ad fl. Irtysch versus ostium fl. Bekun. Perennis.